



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

34. An stantibus dilationibus præstandi sunt fideiussores de debito soluendo post lapsum tempus? Et an, si propter inopiam debitor fideiussoribus, nec pignoribus cauere potest, ad iuratoriam ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

3. Sed Hunnius in *Encyclop. iur. p. 2. tit. 28. c. 5. n. 2.* hoc admittit tantum de vltimis, quæ ex mora debentur; cum enim durantibus induciis fors peti non possit, nec etiam vlla mora debitori imputari valeat, dici certe non potest, itas vltimas currere, quæ ex mora debentur. At quæ vltimæ ex conuentione debentur, ac conuentionales appellantur, per dilationem moratorium non sistuntur, sed currunt & elapso quinquennio, vna cum sorte, debitori præstari debent. Et ita Hunnius, qui citat Heigium, Fabrum, & alios.

## RESOL. XXXIV.

An stantibus dilationibus præstandi sint fideiussores de debito soluendo post lapsum tempus?  
Et an si propter inopiam debitor fideiussoribus, & nec pignoriis canere potest, ad inuentionem cautionem admitti debeat? Ex p. 7. tr. 8. Ref. 34.

§. 1. **R**espondeo eum qui dilationem à creditoribus, vel à Principe obtinuit, teneri creditoribus suis idoneis fideiussores dare de solutione post elapsum tempus. Et ita docuit Maximilianus Fautus de *Arar. class. 4. conf. 365. & class. 13. conf. 1268.* Harprechtus *comm. ad Inst. 10. 4. tit. de alt. §. fin. n. 23.* & alij communiter, qui etiam asserunt istam cautionem ab ipso Principe remitti non posse; Et ita docet Hunnius in *Encyclop. iur. p. 2. tit. 28. c. 4. n. 6.* Matthias de *Afflictis dec. 378. n. 1.* & 6. Iason ad *L. vniuersa. n. 15. C. de precib. Imper. offer.* Nicolaus de *Passeribus qu. princ. 5. n. 15. & 199.* Floridus Mausonius *d. limit. 6. n. 12.* Antonius Heringus *d. c. 5. n. 228.* Quod verum est, & obtinet, quando cautio hæc à creditoribus petita est; alioquin valent induciæ à Principe concessæ, Andreas Gaillius *d. obseru. 46. n. 14.* Alexander Trentacinius *d. ref. 1. n. 8.* Vincentius Carocius *d. except. 168. n. 44.* Floridus Mausonius *d. limit. 6.*

n. 15. Antonius Heringus de *fideiussor. c. 1. n. 33.* Marcus Antonius Cuchus de *morator. præscript. n. 33. & 53.* Matthias Brunus de *cess. bon. q. princ. 26. n. 2.* Quod si propter inopiam fideiussoribus, nec pignoriis canere potest, ad inuentionem cautionem admitti debet, Antonius Faber in *C. dist. tit. 9. defn. 21.* Vincentius Carocius *d. except. 168. n. 49.* Carolus de *Grassis d. except. 32. n. 118. & 119.* Iosephus Ludouici *dec. Perusyn. 1. n. 6.* Antonius Thesaurus *dec. 188. n. 7.* Et ferè omnia supradicta præter Doctores citatos docet etiam Thomas Maulius *trakt. de cess. bon. tit. 7. n. 4. & seq.*

## RESOL. XXXV.

An lite pendente circa exactionem delicti possint debitores impetrare dilationes moratorias?  
Et an induciæ moratorias, & quinquennales concedi etiam debeant Iudæis? Ex p. 7. tr. 8. Ref. 35.

§. 1. **P**osse scribunt Ioannes de Amico *conf. 150. n. 7.* Sup. hoc cum eodem Carolo de *Grass. hic cit. sup. in Resol. 28. §. vlt. ad med. à vers. an lis pendeat, & c.* Carolus de *Grassis except. 32. n. 44.* non tamen quod possint impetrari, si esset decisum, & sententia lata, Guido Papa *dec. 97.* Thesaurus *dec. 186. n. 7.* vel in calculo ferendæ sententiæ, quia etiam in isto casu non possent impetrari moratoria, & impetrata non prodesset, Natta *conf. 23. n. 4. & 5.* Thesaurus *d. n. 7.*  
2. Verum scribit Carolus de *Grassis except. 32. n. 44.* quod in Regno Siciliae hoc non feruetur, & quod in eo impetrentur induciæ moratoria per debitores post latam sententiam, & factam ad iudicationem, vbi addit, quando impetrantur in isto casu moratoria, quod debeat fieri mentio status causæ, aliàs redderentur subreptitiæ. Et ita Max. Faust. de *Arar. class. 16. conf. 1268.*  
3. Notandum est hic obiter, induciæ moratorias, & quinquennales concedi etiam Iudæis, vt obseruat VVvrmserus in *Contron. iur. lib. 1. tit. 9. Contron. 2. n. 27.* Et ego Romæ interrogatus respondi.

## TRACTATUS SEXTVS

DE

## THESAURIS.

## RESOLVTIO PRIMA.

Quid sit Thesaurus?

Et quid de Thesauris leges disponant? Ex p. 9. tr. 5. Ref. 1.

**T**heobaldus Borinius in *tractat. de Arario, lib. 3. c. 9.* Carolus Homagen de *Iure publico, lib. 3. c. 4.* Iacobus Vander Graez in *Syn. tagm. Iuris publici, c. 47. n. 4.* & alij communiter asserunt, quod thesaurus est propriè tam vetus pecuniæ depositio, vt iam dominum non habeat, l. *Nunquam. §. 1. de acq. rer. dom. l. unica, C. de thesaur. lib. 10. l. 2. C. Theodos. cod.* Requiritur ergo, vt sit vetus depositio, cuius memoria non extat, l. *Si quis, de acq. rer. dom. d. l. fin. C. de thesaur. lib. 11.* Si enim adhuc dominum habet, vtique sine facto domini ad alium transferri non potest, l. *1. de reg. iur.* Casus est in l. *Arimo. c. ff. de rei vind.* In qua definitione, verbo pecuniæ non solum si-

gnificantur nummi, sed & alia opes abditæ, l. *unica, C. de thesaur. lib. 10.* vt aliàs etiam pecuniæ nomine, tum numerata pecuniæ, tum quæuis res alia continetur, l. *Pecuniæ verbum. 178. & l. Pecuniæ nomine. 222. ff. de verb. sign. & ita docet Filiucius tom. 2. tract. 31. c. 6. n. 152. & alij communiter.*

2. Quid autem leges disponant circa inuentionem thesaurorum, habetur in *Institutis lib. 2. tit. 1. §. 39.* vbi Iustinianus Imperator sic statuit, [Thesaurus, quos quis in loco suo inuenerit, Diuus Adrianus naturalem æquitatem sequutus, ei concessit, qui eos inuenerit, Idemque statuit, si quis in sacro, aut religioso loco fortuito casu inuenerit, At, si quis in alieno loco, non data ad hoc opera, sed fortuito inuenerit, dimidium domino soli concessit, & dimidium inuentori. Et conuenienter, si quis in Cæsaris loco inuenerit, dimidium inuentoris, & dimidium esse Cæsaris statuit. Cui conueniens est, vt si quis in fiscali loco, vel publico, vel ciuitatis, inuenerit, dimidium ipsius esse debeat, & dimidium fisci, vel ciuitatis.] Hæc ibi. Quæ etiam habentur in l. *unica lib. 10. Cod. de*

Bb 2 Thesauris